



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Meinulphus C. 5. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

5.Octob.
pertate
ro, scis
& mi-
m im-
ne quid
hinis à
uperbia
calium,
e addi-
, quæ
nt)abs-
c digi-
lector
ebis, si

alis Pa-
ama-
uantum
lulce &
a suau

ois tibi
atia re-
um ! in
ns cla-
non se-
hus, di-
la cum
Mauros
n aufsi-
iveret,
voluit.
Illa

5.Octob. VITÆ SANCTORVM. 487
Illa Matrem vicariam cælo MARIAM advocavit, numquàm abhinc orba futura. MARIA porrò filiæ suæ sponsum Filium conciliavit, quando ex sanctioribus amoribus Seraphinus ales cor THERESE terebravit. Ipse amor hominum Christus, quod certius illam sauciaret, sua vulnera dilecta impressit, occulta tamen, ut ferè solet amor. Adfuit deinde sæpè sponsæ, nunc cruce pro more chlamydatedus, nunc spineâ, quæ illum maximè decet, corollâ ornatus, nunc qualis mortem triumphavit, conspicuus. Arrhæ ab eodem datæ gemmæ quaternæ & pendulæ è Rosario Crucis additæ, Dos verò omne cælum: cujus opes cùm quandoque THERESE CHRISTVS ostentasset, Viden' ajebat, (tute tibi lector dictum puta) quantis se bonis peccatores spoliunt? Sed & veste nuptiali cùm Ordinem, quem Carmelitarum dicimus, restauaret, Virgo MATER & VIRGINIS SPONSUS JOSEPHVS cælo allatâ exornarunt, ut nihil jam ad nuptias deesset, nisi quæ faciem præferret, anno MD.LXXXII.mors beata. Ex vitâ.

Prudenter sagittari, & impugnari salubriter postulat sanctus, cùm dicit in oratione, Confige timore tuo carnes meas. Optima timor iste sagitta, qui conficit & interficit carnis desideria, ut spiritus salvus sit. S.Bernard.serm.29.in Cant.

S. MEINULPHUS C. 5.Octobris.

VIX MEINVLPHVS illa Christi verba audierat:
Vulpes foveas habent, & volucres cali nidos, Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet, cùm apud se constituit non solùm Christo locum in animo suo facere (ubi enim ille libentiū nidularetur?) sed & templum ponere. Circumspicienti aream, de-

lapsa cælo in silvas lux & cervas inter crucem cornu præferens cervus signavit. Eo igitur in loco Deo & virginibus sacris domicilium , sibi tumulum struxit : cui cùm mortuus inferendus esset, ecce magna VIRGINE volente , tam diu vitæ restitutus est, dum res templi & cœnobii compонeret. Multò pòst apertus suâ sponte tumulus cymbalum ostendit , quo divus in sacris Minister uti solitus erat. Hoc deinceps, quoties virgo ex asceterio moritura erat, sonitu suo mortis insidias detexit. Ipse Divus bis visus in somnis , bis è virtorum veterno excitare clientem, qui à cubiculis illi fuerat , laboravit. Sed ille in utramque aurem dormivit. Ergo tertium adest , & multis objurgans , quòd mortis æternæ reus dormiret tam altum, visionis non vanæ argumenta vaticinatur. Hic demum experrectus alter , & barbam sibi evulsam sentiens, credere monenti, resipiscere, ad templum MEINVLPHI properare : & cùm illic rufis antè, & nec primis literis tinctus, subito Latinę linguæ peritiam accepisset, aræ ministris vel ideo se facilius sociare, quòd attonsus jam à somno esset. Ex Surio.

Cur non consideras, quia mundus in fine est? omnia urgentur; quotidie ad reddendas rationes aeterno & tremendo Iudici ducimur; quid ergo aliud nisi de adveniu illius cogitare debemus? qui siue nolentes, siue volentes, per momenta, quotidie ad finem tendimus. S.Gregor. in Regist.1.6.

S. BRUNO CONF. 6.Octobris.

Quo tempore D.BRUNO Lutetiæ Parisiorum ingenium bonis artibus excoluit, vir è vitâ excessit princeps inter literatos, qui que virtutis existima-